



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 48. Tumultus in Regno Granatæ

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

irruptione facta, vicina oppida subegit, Sæcul. XV. A.C. 1486.
 denique ut Cæsaris vires magis distrahe-
 ret, cum Carolo VIII. Galliarum Rege,
 qui Maximilianum Austriacum Fride-
 rici Imperatoris Filium plusquam vati-
 niano odio infectabatur, armorum socie-
 tatem iniit.

§. XLVIII.

Tumultus in Regno Granatæ.

Equidem Germania variis tumultibus
 graviter jactata lugebat; ast haud paca-
 tior tranquillitatis aura Granatensi Regno Marian. hist. Hisp. l. 25. c. 9.
 adspirabat: cum enim Patruus adolescen-
 tis Regis ægerrime ferret, quod Nepos
 ejus non modo solii æmulus, sed etiam
 socius foret, clam cum nonnullis Alfa-
 chensibus ex Almeria (ita legis Maho-
 metanæ Doctores appellitabant) consilia
 agitabat, illosque promissorum amplitu-
 dine induxit, ut ipsum concubia nocte in
 urbem admitterent, darentque operam,
 ut capto, occisoque ejus Nepote simul
 intestino bello finem imponere possent.
 Verum clandestinis hisce consiliis secre-
 ti fides defuit; juvenis enim Rex de ho-
 rum perfidia monitus, tanto terrore per-
 cussus est, ut pro tuenda Almeriensi urbe
 imperia dare negligeret, & nequidem
 fratrem suum, suæque factionis præci-
 pios, ut & ipsi salutis suæ consulere-
 nt,

U 5

de

Sæcul. XV. de periculo admoneret, sed iis patru sui
 A.C. 1486. vindictæ relictis, ipse ferme solus præci-
 piti fuga ad Ferdinandum Arragoniæ Re-
 gem contenderet. Quapropter Rege ado-
 lescente Almeriam urbem vix egresso,
 Patruus per portam sibi ab Alfachenfi-
 bus traditam ingreditur, rectoque tra-
 mite ad arcem convolat, eamque nemi-
 ne obluante occupat, & nobiliori am-
 bitionis suæ victima nimirum suo Ne-
 pote jam fuga elapso, totum furorem
 suum in natu minorem adolescentis Re-
 gis fratrem effundit, eumque propria ma-
 nu trucidat, eodemque crudelitatis im-
 petu in ceteros Nepotis sui fautores de-
 lævit, quos omnes capitali sententia ple-
 cti iussit, feritatis suæ Ministris adeo
 religiose iussa exequentibus, ut misero-
 rum nullus quocunque pacto mortem re-
 dimere posset: hanc tamen insatiabi-
 lem sævitiam ipsimet Patru clientis sum-
 mopere detestabantur.

§. XLIX.

*Victoriæ Ferdinandi in Regno
Granatæ.*

Survit. l. 20. **R**egius adolescens tanta Patru sui cru-
c. 68. delitate longe acrius ira accensus,
Marian. l. 25 horrendis execrationibus, atque juramen-
cap. 9. tis se, caputque suum devinxit, si un-
 quam fratris sui, amicorumque mortem
 ulcisci